

Band III., Nr. 950, Seite 454-455

Belrein von Eselsberg gründet und begabt mit innen aufgezählten Gütern und Rechten zu Ehren der heiligen Jungfrau Maria das Kloster Rechentshofen.

Rechentshofen, 1240 (oder 1241). Juli 30.

In nomine domini. Amen. Dignum est, ut ea que de tempore in tempus desiderantur esse valitura, aut testium subscriptione vel scripti munimine fulciantur. Notum sit igitur tam presenti etati quam successure posteritati, quod ego Belreinus de Eselsberg, accedente consensu uxoris mee Agnetis, liberorum meorum et eorum quorum interest, claustrum apud Rechentshofen ad laudem domini nostri Ihesu Christi et genitricis eius gloriose perpetueque virginis Marie divina providencia ordinante inchoavi, et possessiones et redditus subscriptos in Rechentshouen, omnes census meos, de quolibet manso sex solidos hallensium et modium avene, pullum et decimas omnes ibidem, quidquam eciam proprietatis attinet Ouenbuhel¹; item II prata iuxta claustrum; item silvam, que dicitur Hart², a strata per quam itur in Eselsberg usque ad silvam domini Hermanni de Sachszenheim³; item curiam meam ibidem cum omnibus suis attinentiis, item scultetum Dietwinum et eius uxorem de Haselach et eorum pueros et illorum successores pia devocione confero cum omni iure et sine qualibet contradictione in dotem et remedium salutis animarum nostrarum claustro memorato. Hec igitur constitutio ne ex cursu temporis vel negligencia hominum in oblivionis interitum devolvatur, set in perpetuum rata et inconvulsa servetur, placuit illam venerabilis domini C. Spirensis episcopi, domini abbatis Mulbrunnensis, domini prepositi sancti Widonis decani sancte Trinitatis, qui presentes fuerunt, sigillis sollempniter communiri.
Datum in Rechentshouen, die consecracionis altaris, anno domini MCCXL^a, III. kalendas Augusti, presente domino episcopo et hiis, quorum sigilla sunt apposita, et aliis, quorum nomina sunt subscripta. Hartmannus comes de Gruningen⁴, Conradus de Sterenuels et filii sui, Conradus de Lome[r]shein, Berchtoldus advocatus de Wizenstein⁵ et fratres sui Belreinus et Helfricus. Ego Belreinus, quia proprio sigillo careo, sigillo Syfridi decani maioris ecclesie Spirensis usus sum.

^aEigentlich steht XLI, aber die Zahl I scheint durchstrichen.

¹Scheint ein abgegangener Flurname.

²Ohne Zweifel das sogenannte Nonnenhart nahe bei Rechentshofen.

³Groß- und Kleinsachsenheim. Der Sitz des Geschlechts war in Großsachsenheim.

⁴Markgröningen.

⁵Weißenstein, aufgegangen in Dillweißenstein, Pforzheim, PF.

II

—

Nach dem Kopialbuch des Klosters Rechentshofen im Besitze des Klosters Lichten-
thal, fol. 21.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 14 Nr. 202, S. 21 (alt, neue Seitenzahl 41)

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Rechentshofen

Aussteller:

Belrein; von Eselsberg

Ortsindex:

Dillweißenstein Wohnplatz (6702)
 Dillweißenstein, Pforzheim, PF
 Großsachsenheim Wohnplatz (1139)
 Großsachsenheim, Sachsenheim, LB
 Hohenhaslach Wohnplatz (1141)
 Hohenhaslach, Sachsenheim, LB
 Kleinglattbach : Vaihingen an der Enz LB
 Kleinglattbach Wohnplatz (1118)
 Kleinsachsenheim Wohnplatz (1144)
 Kleinsachsenheim, Sachsenheim, LB
 Lomersheim Wohnplatz (7065)
 Lomersheim, Mühlacker, PF
 Markgröningen Wohnplatz (1046)
 Markgröningen, LB
 Maulbronn Wohnplatz (7043)
 Maulbronn, PF
 Rechentshofen Wohnplatz (1150)
 Rechentshofen, Sachsenheim, LB
 Speyer, SP
 Sternenfels Wohnplatz (7106)
 Sternenfels, PF